



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Philippi Cluverii[i] Italia Antiqua

Opus post omnium curas elaboratissimum ; tabulis geographicis ære  
expressis illustratum ...

Philippi Cluverii[i] Italiae Antiquae. Tomus ...

**Clüver, Philipp**

**Lvgdvni Batavorvm, 1624**

Errata.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14124**

*Ferte (quid heic facio?) rapidi mea corpora venti.*

*Ansonias sineis cur mea vela vident?*

*Noluit hoc Caesar. quid, quem fugat ille, tenetis?*

*Adspiciat vultus Pontica terra meos.*

Elegiâ autem tertiâ ita:

*Nos tamen Ionium non nostrâ findimus aquor*

*Sponde, sed audaces cogimur esse metu.*

*Me miserum! quantis nigrescunt aquora ventis;*

*Erutaque ex imis fervet arena vadis?*

*Navita confessus gelidum palore timorem,*

*Iam sequitur victus, non regit arte ratem.*

*Quod nisi mutatas emisit Aeolus auras,*

*In loca jam nobis non adeunda ferar.*

*Nam procul Illyricis larvâ de parte relictis*

*Interdicta mihi cernitur Italia.*

Certè Adriæ, sive Adriatico mari, neque à Græcis primùm, neque à Romanis, postquam hi totam simul Italiam & Græciam sub imperium suum redegerunt, id nominis impositum fuit; sed à Tuscis & aliis Italicis gentibus; ut disertè testatur Livius lib. v, verbis sub initium huius capituli perscriptis. quibus disertè, ad Italiam tantum, cum Italicis gentibus, tum ipsos Græcos adpellasse mare Adriaticum, testatur gravissimus auctor; id quod alio nomine dicebatur Superum. Tuscos extra prædictas Adriatici sinûs fauceis, hinc ad Italiæ frontem & Siciliæ orientale latus, illinc ad Epirum Græciamque & Cretam insulam, maris obtinuisse imperium, nemo umquam ostenderit. Quidquid igitur sub Adriæ nomine intellexerit Ovidius; certum & extra controversiam esse debet, ADRIATICVM MARE propriè intra prædictas fauceis fuisse comprehensum. cuius pars inferior, à Gargano monte ad fauceis usque, IONIVM MARE, seu IONIVS SINVS, fuit dicta.

Cæterò, ejusdem maris Adriatici à dextro litore alia partes, alia etiam ab adcois gentibus acceperunt olim vocabula. sic ab Illyrico, communi regionis vocabulo, dicebatur ILLYRICVM: ad Dalmatiam vocabatur DALMATICVM MARE. Varios Inferi juxtâ ac Superi maris sinus, quos suo quoque loco atque ordine supra indicavimus, hoc loco repetere, supervacaneum fuerit. Hæc igitur de ITALICO diservisse MARI, ipsâque ITALIA, sufficit.

F I N I S.

### Errata.

PAG. 62. lin. 29. vitata. 107, 27, Carraca, in margine. 1040, 27, denominata. 1145, 31, ab vero. 1187, 22, Veseris. 1253, 4, 5, Pandosia Platænsium, scilicet colonia. 1307, 44, & inde, quæ de Ogygiâ insulâ perscripta sunt, conferantur cum iis quæ auctor ipse Siciliæ suæ fol. 446. l. 45, & 468, l. 30, edidit plenè recognita. cum quibus quoniam posteriora hæc pugnant; & verò istud ab exscriptore in tanto difficilique opere tam citò observari non potuit: tu, benevole lector, pugnantia hæc posteriora præterito. Eodem fol. 1307, l. 46, lege Acaam. 1309, 11, Circum.